



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XLVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

- poris decem, uel uiginti annorum, ut in d. auth. quod locum cum ibi not. p. gl. & doc. & per Pet. de Anch. in d. consil. cum similibus supra allegatis, iuncta d. l. si cui. ubi confessio etiam dotis presumitur facta sub spe futurae numerationis, & in hoc maritus, & creditores eius æquiparantur, sed propter fluxum temporis decē, & uiginti annorum cessat dicta presumpcio, ut in dicta authen. ergo dicitur cessare tam respectu creditorum, q̄ mariti. Præterea, ut probatum fuit, consuetudo est Venetiis, ubi instrumentum huiusmodi fuit celebratum, q̄ siue dos uerē numeretur, siue non, instrumenta dotium fiant sub simili tenore, & forma, quibus factum fuit hoc, de quo agitur, uidelicet q̄ maritus, uel sponsus dicat se contentum, & confessum &c. ergo attempta huiusmodi consuetudine loci non dicitur instrumentum simpliciter confessionatum, & ideo est exequendum. arg. not. per Bal. in rub. C. de priuilegiis.
- 13 dot. Nam in contractibus quoad formam, & solennitatem contractus, & quoad modum instrumentum conficiendi semper debet attendi consuetudo loci, in quo contractus celebratur, etiam si secundum illam consuetudinem nunquam fuerit iudicatum, dummodo probetur sic consuetum esse seruare, satisq̄ probatur, si aliud instrumentum sic fuisse factum ostendatur, ut est tex. not. & ibi Bart. expresse in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. l. si fundus. ff. de iudi. l. qd si nolit. §. qui assiduus. ff. de ædili. edi. Bar. in l. cunctos populos. in versi. ibi & primo. C. de sum. trin. & fid. ca. thol. & facit etiam, quia licet regulariter ad emphytheosim ecclesiæ foemina non admittantur, tamē fallit, ubi in loco extaret consuetudo, lo. de Imo. in c. po. tuit. in finalib. uerb. extra de loca. Fel. in c. cum m. ubi etiam ad propositum multa cumulat, extra de const. Similiter, quamuis feudum sui natura non transeat ad foeminas, tamen fallit, ubi in loco extaret consuetudo, quia loci consuetudo esset seruanda, ut habetur in c. 1. per doct. de gradib. succede. in feud. & in c. 2. §. hoc quoq̄. qui feud. dar. poss. ¶ Ultimo respondeo, q̄
- 15 hoc instrumentum non dicitur esse simpliciter instrumentum dotis confessionatum, sed potius instrumentum quietationis, & liberationis promissionis dotis facta, ut clare sonant uerba instrumenti, quibus dicitur, q̄ Aloysius sponte fuit contentus, & confessus se in dotem, & dotis nomine habuisse, & recepisse ducentos &c. pro quibus rogauit chartā liberationis præfatā do. Barbara, & oībus alijs, q̄ aliquid promississent pro dicta dote &c. quæ omnia uerba demonstrat prius factā fuisse, & præcessisse obligationē & promissionem dotis, deinde præsens instrumentū factum fuisse pro quietatione, & liberatione dotis, nam q̄ dicit, & uocat se contentum, non dicitur simpliciter confessus sub spe futurae numerationis, sed sibi fuisse solum, uel satisfactum taliter, q̄ ex præcedenti obligatione non potest amplius aliquid exigere, ut est bonus tex. cum ibi not. in l. quoties. C. fami. hercis. in l. 1. §. 1. ff. de separatio. & in l. 1. ff. si pars hered. per. cum similibus. nota etiam illa uerba, q̄ rogauit chartā dotis, & liberationis &c. & illa uerba omnibus illis, qui aliquid promississent pro dicta dote &c. ex quibus aperte demonstratur prius factā fuisse promissionem dotis, & postea factum fuisse præsens instrumentum pro quietatione, & liberatione dotis, quoniam obligatio, & promissio debet solutionem, & liberationē. præcedere, ut Insti. qui. mo. toll. obl. p. totum, & p. totum ff. & C. de solu. & libera. & glo. in rub. ff. de solut. quibus stantibus mō succedit notabilis doctrina scribentū cōiter approbata, q̄ licet ex instrumento confessionato dotis non possit per mulierē fieri exactio dotis. nec ex eo cōpetāt mulieri priuilegia dotis. nec hypotheca iuxta tex. in d. l. assiduus. cū si. supra alleg.

- 18 tamen fallit, quando ante confessionem dotis præcessisset obligatio, & promissio dotis, nā tunc potest contra talē dotis receptā confessionem non nisi exceptio non numeratæ dotis, nec aliud ad faciendam restitutionem dotis, ut est tex. in l. tractibus. §. & quoniam. C. de nō num. pec. ubi & ibi Doct. & hoc uoluit Paul. de Cast. in d. l. matr. & Io. And. in addit. ad Spec. in rub. de dote. rer. uir. & ux. Roma. in l. si constante. in princ. matr. & in l. si uerō. §. de uiro. in 3. l. fallen. co. tit. consil. 447. incip. consultatio præsens &c. hoc casu uerisimile est, quod marito dos fuerit uerata, ut uoluit Cy. per illum text. in d. l. in contractibus. §. sed quoniam. & est tex. cum gl. in l. exigere iudi. & dicit Sozi. in d. l. 1. in 2. q. dotis confessatæ limit. quod in iudicando, & consulendo ab hac ratione nō est recedendum, quamuis illa in pūctis ris fortē posset morderi. Posset etiam dici, q̄ quo maritus diu, & longo tempore post confessionem factam, & post contractum matrimonium præstitum alimenta necessaria, ex hoc præsumi debet, dote fuisse numeratā, & actualiter datā. arg. tex. in l. tra. C. de non num. pec. & facit bonus tex. in l. uelleia. ubi mariti solent uxores expellere, & illa menta denegare propter dotē promissam, & conluta, ergo mariti retinendo uxores, & illis necessaria alimenta subministrando præsumuntur dotes pisse, stante confessione sua de dote recepta, & in luit Bal. not. in rub. C. de priuilegiis. dot. & dicit Sozi. in d. l. 1. in 1. q. dotis confessatæ. in 5. limitat. secundum hanc opinionem alias uidet consilium doctissimos uiros, licet illa apud eum sit satis dubia. Verum qm̄ hec opinio uidetur communis, ideo hoc aliter non insisto, sed ex predictis omnibus ad fauorē do. Barbara contra creditores Aloysii mariti de iure concludendum esse. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Obligatio mulieris pro dote filie sue facta ualeat. Et quando hoc sit uerum. num. 10.
- 2 Mulier fideiubens pro alio principali debitore ex causa dotali obligatur, nec senatusconsulto Velleiano iuratur. Quod limitatur num. 5. & 11.
- 3 Idem, si pro alio fideiubens certiorata renunciet beneficio Velleiani. Limitatur num. 14.
- 4 Idem, si cum iuramento pro alio fideiubeat. Quod limitatur num. 13.
- 5 Mulier pro marito principaliter obligata etiam ex causa dotali que publicam utilitatem contineret, fideiubens non obligatur efficaciter. Nec etiam naturaliter. num. 12.
- 6 Nec etiam si iurasset. num. 13.
- 7 Mulier intercedens pro dote, si ipsa ex hoc remaneret obligata efficaciter non obligatur.
- 8 Mulier instantia, & mandatis mariti pro ipso ad illius uxorem intercedens ob metum mariti reuerentialem intercedere presumitur, & ideo efficaciter non obligatur.
- 9 Minor metus in muliere, quam in masculo sufficit.
- 10 Renunciatio iurium hypothecæ sue, & fideiussio pro marito facta a muliere ei non nocet, quando ea enormissimè ledetur, maritus alia bona non haberet, super quibus ius hypothecæ haberet, & ex quibus de dotibus suis sibi satisfieri posset.
- 11 L. si dotare. C. ad uelleia. declaratur.
- 12 Iuramento firmari non possunt ea, quæ propter fauorem publicum impediuntur.

E P I T O M E.

OBLIGATIONEM, & promissionē fideiussorio in instantia, & mādatis mariti a muliere pro ipso principaliter obligata ēt ex cā dotis cū iurō factā cū renunciatione iurii sup̄ hypothecæ, & bñficii

leiani nō ualere, nec ex ea mulierem efficaciter obligari, nec respectu dotium suarū, & hypothecarū in bonis ultimo loco per maritum tentis, & possessis, maxime quando maritus alia bona non haberet, sibi praeiudicare, hic demonstratur.

CONSILIVM XLVIII.

Misa petitione producta contra ser Nicolau, & do. Margheritam coniuges per Albertū fratrem dicti ser Nicolai, uisq; instrumēto, in quo dictus ser Nicolaus principaliter se obligauit, & in quo do. Margherita fideiussoario nomine pro ipso ser Nicolao eius marito cū iuramēto promisit, se, & sua bona obligando, ac uiso toto processu causae, quaritur primo, an obligatio facta per do. Margherita instantia, & mandatis dicti ser Nicolai eius mariti de iure teneat. Secundo, an dicta do. Margherita promittendo, ac renunciando, prout in dicto instrumēto, sibi praeiudicauerit respectu dotium suarum in bonis ultimo loco per ser Nicolaum tentis, atque possessis, & ipsi do. Margherite hypothecatis. ¶ Quo ad primum uidetur, qd dicta obligatio ualuerit ad praesentia dictae do. Margheritae, primo, qd in effectu facta fuit pro dote do. Laurae filiae ser Nicolai; & quamuis mulier bona sua non possit ad utilitatem alterius obligare, tamē obligatio pro dote filiae suae facta, tenet. I. si dotare. C. ad uelleia. Secundo, mulier intercedens, seu fideiubens pro alio principali debitorē, qui tenetur ex causa dotis, efficaciter obligat fauore dotis, nec ipsi mulieri intercedenti succurrit per senatum scōf. Velleia. l. si. C. ad uelleia. Tertiō, mulier pro alio fideiubens, si certiorata renunciat beneficio Velleiani, nō adiunatur ex dicto beneficio. l. si. §. penul. ff. ad uelleia. cū ibi nō. Quarto, eius fideiussio facta cū iuramēto ratione periculi euitandi efficaciter illam obligat, argu. c. cum contingat. c. si uerō de iureiur. c. licet mulieres. eo. tit. in 6. & Bar. in l. si quis pro eo. in §. q. ff. de fideiussorib. ¶ Sed praedictis non obstantibus contrarium esse uerius in casu nostro existimo, qd dicta do. Margherita efficaciter obligata nō fuerit, primo quia etsi fauore dotis, & stante certificatione facta mulier soleat pro alio efficaciter obligari, nec uelleiano iuratur, ut supra, tamē quando mulier fideiussit pro suo marito principaliter obligato, nō dicitur efficaciter obligari, ut est tex. in auth. si qua mulier. C. ad uelleia. & in corpore, unde sumitur, ubi habetur, qd mulier, quae pro marito fideiussit in cā utilitatem publicam continente, nō obligetur aliquo modo, & obligatio fit ipso iure nulla, ut ibi, siue priuatum, siue publicum sit debitum &c. sed causa dotis non continet, nisi fauorem publicum, & ob illud dicitur fauorabilis, & privilegiata. d. l. i. & ibi Bar. ff. sol. ma. ergo text. in d. auth. si qua procedit etiam in causa dotis. Secundo pondero rationem. l. si. C. ad uelleia. quare mulier intercedens ex causa dotis obligetur, uidelicet ne mulier, quae fideiussit remaneat indotata. Sed ubi nūq; ex intercessione per mulierem facta ipsa intercedens remaneret indotata, prout cōtingeret in casu nostro, ea non debet efficaciter obligari, quia dato concursu privilegiorum hinc inde, standum est iuri communi,

ni, quoniam privilegiatus non utitur privilegio contra aequē privilegiatum. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. hab. l. uerum. §. item quaritur cum similibus. ff. de minorib. & habetur in auth. praeterea, & in authen. quas actiones, ubi Bar. Bal. & alii. C. de sacros. ecc. ergo ex hoc inferitur, qd nō attento fauore dotis mulier in casu nostro nullo modo potuit se obligare, ex quo

7 pro marito intercessit. d. authen. si qua. Praeterea, do. Margherita instantia, & mandatis sui mariti pro ipso marito, & ad illius utilitatem intercedens efficaciter non potuit dici obligata, quia censetur fideiussisse ob metum reuerentialem sui mariti, qui metus illam excusat, ut efficaciter nō dicatur obligata, nam minor metus sufficit in muliere quā in masculo. gl. in c. cū locum de spons. & ibi Abb. & alij, & habetur per Dec. in c. si. de appel. & in c. i. & in ca. causam matrimonii

9 de offic. deleg. Rursus, mulier quando renunciando iuribus suae hypothecae, uel intercedendo pro marito enormiter, seu enormissimē laderetur, ut quia maritus non esset soluendo, nec haberet alia bona, super quibus posset ius hypothecae habere, & ex quibus posset ipsi mulieri de dotibus suis satisfieri, tunc renunciatio, & fideiussio mulieris pro marito facta non noceret mulieri, alioquin sequeretur, qd sic censeretur facta donatio inter uirum, & uxorem, quae non tenet. Item quia sic obligaretur pro marito, & ideo ipso marito non existente soluendo taliter, qd mulieri nō posset de dotibus suis in bonis mariti satisfieri, renunciatio, & intercessio mulieri non nocet. Bart. in d. l. iube mus. in 2. col. C. ad uelleia. qui ita uoluit ratione enormis lationis mulieris, ne indotata remaneat, sed ex eo, quod renunciavit iuri hypothecae in ultimis bonis mariti, & ex eo, qd pro marito intercessit, euidenter dicitur constare de eius enormi latione, ut per Bart. in d. l. iubemus, & argu. l. ait praetor. §. nō solum cum gl. & in l. si iudex circumuento. ff. de minorib. per Bart. in l. si intra. C. de in integ. rest. l. doli exceptio. ff. de nou. ergo do. Margherita renunciando, & intercedendo, ut supra, sibi non praeiudicauit. ¶ Non obstant allegata in contrarium, & primo tex. in d. l. si dotare, quia loquitur, quando mulier non intercessit, sed de suo principaliter uel promittendo, uel dando dotauit. Sed in casu nostro principaliter non dotauit, sed pro marito intercessit, quo casu non obligatur etiam in causa dotis, & maxime quando sic ipsa mulier indotata remaneret, per praedicta, ergo &c. Secundo respondeo, qd ille tex. loquitur, quando mulier dotasset, seu pro dote filiae suae promississet, ut ibi, secus si pro dote alterius, prout factum fuit in casu nostro. Nam magis obligatur mater, quae aliquo casu cogitur filiam dotare, qd extranea. iuxta ea, quae habentur in l. fin. C. de dot. promiss. & in d. l. i. ff. solu. mat. ¶ Non obstat secundum, quod fauore dotis mulier potest pro alio intercedere, quia ex praedictis patet responsum, uidelicet,

11 illud non procedere, qd ex causa dotis fideiubere nō pro extraneo, sed pro marito, qm pro marito nullo modo obligatur. d. auth. si qua. & per Bar. in d. l. iubemus. & in d. l. si. C. ad uelleia. lex enim resistit huiusmodi obligationi, ut in d. auth. si qua, & in corpore unde sumitur, etiam si principaliter de fauore publico ageretur, ut ibi, & consequenter de dotis fauore, &

12 ideo inferitur, qd ex tali promissione, & fideiussione mulieris etiam obligatio naturalis non oritur, ut per

13 Bar. in l. siue lex. ff. de fideiuss. Item inferitur, qd talis promissio, siue intercessio pro marito facta non firmatur, nec ualidatur iuramento uxoris, tum quia lex prohibet huiusmodi obligationē. l. nō dubium. C. de legi. tum quia illa, quae fauorem publicū cōcernunt, seu impediuntur propter fauorē publicum, iuramento firmari non possunt, casus est, & ibi omnes. in c. si

1 3 diligen-

